

prophanavit quoque Sanctuaria, et diversa loca divino cultui deputata, multis, privilegiis sacro fonte renatis, secum adductis miserabiliter, quos pro dolor ritibus prophanis instructos, sue servituti gravissime dampnabiliter applicavit, pauendo, sicut dicitur in furore sui animi, et vehementi cordis ad ulteriora, seu gravissima progredi, nisi generationis eiusdem stupenda seivicia per instantiam virtutis obiecte corruat, et per consequens sub Conditoris omnium mirifica potentia contremiscat. Quare predictus Rex et per speciales suos Nuntios, et litteras instanter postulari fecit a nobis, ut super hiis providere de oportuno Consilio, et festino subsidio curaremus. Cum itaque apostolica sollicitudo deposcat offitii sub tanta diversitate discriminum promptum, et salubre remedium adhiberi. Nos Regis eiusdem precibus pro concurrentes affectu discretioni tue per apostolica Scripta districte precipiendo mandamus, quatenus per te, ac alios religiosos et Seculares, in quorum labiis divini eloquii gratia sit diffusa, contra predictam generationem perfidam in Regno ipso predices verbum Crucis, eamque volentibus illam assumere cum debita reverentia largiaris concessa illis de Regno ipso, qui in personis propriis, et expensis, ac eis, qui in personis propriis, sed in alienis expensis contra paganos proficissentur eosdem, illis quoque qui in expensis propriis illuc mitterent ydoneos bellatores, nec non eis qui ad hoc de bonis suis aliquid largientur iuxta quantitatem subsidii, et devotionis affectum, illam suorum concedimus veniam peccatorum, que transeuntibus et subvenientibus in Terre Sancte subsidium a Sede apostolica in generali Consilio est concessa.

572.

1274 d. 13 Febr.

CARLS af Fanö Bref rörande utbyte af Saltstad till Skokloster mot Haraby m. m.

A. 3. b. 1: 5.

Uniuersis ad quorum notitiam presens scriptum peruenerit, Karulus dictus de Phanø. Salutem in omnium saluatore Ne processus temporum ea que geruntur in tempore obliuionis nubilum inducere uideantur, consuevit huiusmodi scriptorum testimoniis dudum gesta memorie commendare, Nouerint itaque tam posterum quam presentes nos cum sanctimonialibus de Sco de consensu liberorum nostrorum quoddam cambium iniisse super mansione nostra Salthstade non longe a clauastro earum sita duas marcas terre in prediis continente, ab eisdem autem mansionem Haraby viginti oras & vnam terre continentem recepisse, Ne autem calumpnia qualiscumque vndecumque

que ualeat suboriri, a dictis sororibus Sex oras terre prefato cambio superadditas suscepimus, ex quibus quilibet solidus marca argenti recompensatur, Jn hiis vero villis memorate & supererogate sex ore continentur, octo solidi terre in villa Lindabergi in Attundia, vnus solidus Guttarør, Decem denarii villa terwi, vveki duo solidi & Quinque denarii, Jn stauu dimidius quintus solidus, Jn Hatunes dimidia ora, Jn huius igitur rei testimonium adduximus dilectum filium nostrum Johannem, & filiam Jngiburghim, Dominum Jacobum israelis, Dominum Petrum israelis, Ragni stabularium, Pauonem prefectum, Ac multos qui dicto cambio affuerunt, Et ut que facta ac conscripta sunt plene firmitatis optineant munimentum Presentem cartam, Domini Gregorii ac nostro, Domini Jacobi, Domini petri, Sororis nostre Katerine, sigillis fecimus communiri, Actum apud Sietuniam teste me ipso Anno Domini M^oCC^oLXX^o-III^o Jdibus Februarij.

Sigillen N:o 1, 2, 4, 5 borta. N:o 3 skadadt.

573.

1274 d. 6 Mars.

Sanda.

Konung WALDEMARS stadfästelse på Fru MARGARETAS, Herr ALGOTS Hustrus, försäljning af Gullatorp.

B. 3: 43.

W. dei gracia Rex sweorum omnibus presentes litteras inspecturis uel auditoris salutem in omnium saluatore Presenti scripto publice protestamur & aperte quod domina Margareta. vxor dominj algoti coram nobis profitebatur apercius se predium quod possedit in gullathorp ex consensu mariti sui & heredum suorum beneplacito jngulpho villico dominj lincopensis pro XLIII marcis denariorum vendidisse & jdem sibi cum omnibus legum exigenciis. euidenciis assignasse iure perpetuo possidendum Jn cuius facti noticiam ampliorem presentibus litteris sigillum nostrum fecimus adhiberi. Datum sandom Anno dominj Millesimo CC.LXX quarto pridie Nonis Marcij.

574.

1274 d. 15 Apr.

Sko.

CATHARINA THJÄLFVES dotters gåfvobref på gården Wathar vid Wirasund samt fjällen vid gården Husar till Skokloster.

A. 3. b. 1: 5.

Jn nomine dominj sancte & indiuidue trinitatis amen Ego katherina thjæluonis quondam filia sana & incolumis. fragilitatis nichilominus humane

Sv. Diplom.

60